

S C A L A O

ab humido facilem impressionem & humidum a
sicco vt firmiter retineat impressionem omnem
sustinens ignem. Vnde proter humidum a sua flu-
xibilitate ad perfectionem. Igitur non per tingēs do-
nec sol & luna, & spiritus, & anima in unum cor-
pus, id est, in terram coniunctive conuertātur. Ex
emplū, huius est opus figuli cuius fidentia in duo-
bus consistit, videlicet sicco et humidu, sicco vt con-
uertat humidu, humidu vt soluat siccum, sicque
spiritu cum corpore mixto fit temperamentum,
non ita rarum, vt spiritus nec ita densum vt cor-
pus. Nam soluere & coniungere sunt principalia
huius artis & operis exordia & polis unus. Nam
qui non soluit & coagulat multipliciter errat.

Quintus gradus nostræ salæ est, & di-
citur Putrefactio.

Quæ quadraginta sex noctibus in umbra per-
gatorij celebratur. Et est necessaria putrefactio,
quia est corruptio & regenerationis abilitatio.
Vnde Arist. Ex roratu cœlorū fœlitia & in fœli-
cia germinat in terris. Idcirco in initio nascendi, o-
portet, vt diximus elementa præparare, recta atque
suprema, & æquata supra leuem ignem commis-
eri, & ignis intentionem cauere, quo usque elementa
coniungantur, & se inuicem assequantur & tali
con